



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

G
731

731



Harvard College Library.

FROM

THE LIBRARY OF
ALPHONSE MARSIGNY

GIFT OF

THE J. C. AYER CO.

LOWELL, MASS.

RECEIVED MAY 24, 1900

1910

Le...
1855

2731

⊙

PAULI ANTONII DE LAGARDE

DE

GEOPONICON VERSIONE SYRIACA

COMMENTATIO.

LIPSIAE KAL. OCT. MDCCCLV

APUD

B. G. TEUBNERUM.

2731

Harvard College Library

May 24, 1900

Gift of

The J. C. Ayer Co.

Syros constat haud paucos libros graecos in sermonem aramaicum vertisse: quorum librorum alii, qui aut ipsius Aristotelis nomen clarissimum prae se ferrent aut ad stagiritae philosophiam explicandam pertinerent¹⁾, ab Arabum sapientibus avide arrepti quam Judaeorum acumen satis diu exorauerant, tum ad Gallos Germanosque et Italos transmissi in erudiendis Europae populis eum ante haec sex septemve saecula locum obtinuerunt, quem nunc pueros liberalius instituturi arti mathematicae dare consuevimus — alii, in quorum numero isocrateos, phitarcheos, themistianos²⁾ pono, monasteriorum syriacorum limites non videntur supergressi esse, nec horum quoque apud auctores arabicos mentio fiat. et quam illos novisse eorum cum primis inter sit, qui literarum graecarum romanarumque Germanis per Europam principatum tenentibus qui casus fuerint quaerunt (nam in editores Aristotelis vix quicquam inde utilitatis redundaverit), hos sibi vindicabunt quicunque auctores graecos edituri testes, quorum ad fidem istos exigant, circumspectant antiquissimos. ac prae ceteris patres ecclesiae graecae tractari a nemine omnino poterunt, quam aut legum artis criticae imperitum se esse professus fuerit aut versiones illorum syriacas Londini nunc ad servatas eolverit, contulerit, duces emendationis faciendae sequatur: nisi quod Iustini martyris et apologetarum qui dicuntur ceterorum³⁾, Clementis alexandri, Origenis⁴⁾, Cyrilli hierosolymitani mentionem a Syris factam fore nullam reperi, librum integrum verum nullum. deinde vero, quam alii quoque auctores graeci de religione christiana non agentes in museo britannico habeantur in sermonem aramaicum translati, spes est fore, ut aliquid etiam ad hos emendandos Syrorum in eis vertendis posita valeat industria: haec vero omnia nisi maximo et temporis et laboris dispendio evni nequeunt. ut vero ad versiones hasce a Syris factas me converterem, ejus rei ratio haec fuit, quod magna auctorum christianorum, qui primis ecclesiae saeculis vixissent, paupertate summa videbantur cura tractanda esse quaecumque ante concilium Niceense habitum scripta exstant, horum veterum quae de antiquissimis religionis nostrae fatis anquirenti prima sese offerunt, clementina⁵⁾ et ignatiana, apud Syros meos alia sunt atque apud nos, et quaerendum sit, quam Syri fide in vertendis auctoribus graecis versari fuisse soliti, quae res, mi fallor, ad liquidum perducere nequit, nisi quis accurate examinaverit, qua religione genus illud patientissimum (Plaut. trinumm. 542) libros transtulerit, de quibus audacius sentire nemo sibi crimi mini det. de Syris M. Okeronem M. patrem diotitavise retulit filias (de oratore II. 265), ut quisque optime graeco sciret ita esse nequissimum: quae non possum quin falsa esse dicam, si de librorum graecorum interpretibus syris sermo sit adeo et fidei et peritiae, ut ad restituendos libri suo Graecos in prius valeant et de sensu vocabulorum graecorum rariorum vel a lexicographis graecis audiri mereantur: equidem in tot versionibus syriacis quae nobis servatae sunt et quarum non nullas accuratissime examinavi, ne unam quidem

esse scio, cujus auctor verbum aut addere scriptori graeco aut detrudere ab eo sibi permiserit. Syri enim, ubi e libro prolixiore quaedam tantum exscribunt et quasi libant, suis vel sententiarum selectarum titulum inscribere solent, quod (ut unum nomine appellem) in Xysti⁶⁾ *γνώμης* fecerunt, vel, quod in Hippolyti⁷⁾ romani fragmento quodam placuit librario, addere consueverunt, se sensum tantum ut referrent curare, verbis auctoris in brevius contractis. quae quum ita sint, si Syri moribus suis constituerunt (quod unquam eos non fecisse penegeo), neque ignatiana G. Curetonis acque didascalitae apostolorum nuper Lipsiae formis B. Teubneri edita, a Syris mutilos aut delectu eorum quae maxime placuissent, habito mutilos referunt libros graecos, sed qui iam apud Graecos quum verterentur, alii fuerunt, ac legere nunc consueverimus, quae omnia melius intellectum iri spero editis versionibus Plutarchi, Isocratis, geoponicon, quas Londini descripsi, anamaeis primus autem mihi locus assignandus videtur auctoribus rei rusticae graecis, quippe qui volumen satis grande impleant; praeterea eos non modo egregie perpolire possumus versionis syriacae opera, sed quid incuria, ignorantia, pietate librorum et lectorum perpassi fuerint, si quid video, nunc demum, quum apud Aramaeos eos nos fecisse repererim, licebit enarrare. e duabus vero virorum doctorum siculi familiae patrum nostrorum memoria societate vix ulla conianctis, quarum altera, quum versaretur in historia, facere non poterat, quin non nullam grammaticae quoque artis curam assumeret, altera vero omnis in castigandis et explicandis auctoribus materiis occupata erat, quum unam quoddam nunc conflatum sit genus eorum, qui historiam a grammaticis et grammaticam ab historicis scribi volunt, auguror laetiorum iam diem rusticis hisce exorturum (quos quotusquisque hucusque fuit qui legendos sibi esse putasset?), quum ostensus sim per aliquot saeculorum et maximarum terrarum spatium viris doctis qui edituri siet, migrandum esse, ut meliorem doctrinae probandae occasionem vix quaerant nancisci.

Geoponicon igitur libros viginti graeco ter⁸⁾ editos a Syris sermone aramaeo redditos esse nullusdum, quantum equidem rescire potui, vir doctus compererat, eorumque versionem syriacam codice musel britannici londinensis inter recens additos quaterdecies millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo contineri, neque in catalogo librorum manu exaratorum suorum docuerunt qui museo britannico praesunt neque verbo in codice ipso indicatum habetur; est enim in et initio et fine mutilus, ita ut, tam titulo quam subscriptione careat, saeculo nono scriptus, formae ejusdem fere cujus Arabischi editio galiana, foliorum quae quidem tempus tulerint, nonaginta duorum; quo quae continentur saepe cum verbis operis graeci concinunt, interdum sensum tantum eundem fundunt, verbis aliis, quae tamen e graeco sermone versa esse, non a Syro pro arbitrio addita ultra pateat, nonnuquam in N. Niclae editione inventi a me omnino non potuerunt. horum fortasse quaedam me tantum quaerentem fugisse non est quod diffitear, spero autem fore, ut quae edita graeco re vera non sint, codicibus graecis excussis, qui nondum neque omnes neque ea quae par est diligentia collati sunt, compareant.

Amplissimam haec geoponicon versio syriaca disputandi materiam praebitura esset, si integrum volumen mihi conscribere liceret: verum spatii commentationi meae permissi angustiis praepeditus satis habeo indicare ordinem, quo singula capita in codice syriaco

se excipiant, additis (quod ad ejus fieri poterit) numeris capitum graecorum quae respondeant. vereor etiam, ne plura conatus nimis musteum librum editurus sim. non enim me fugit sanium virtutum quasi parentem eam, quam *σοφροσύνην* vocant Graeci, a viris sapientissimis iudicari maloque rogari, car viribus meis diffusis non protulerim quae desideratum iri probe intellego, quam exoptantes audire de eis, quae dederim, eos qui recte opinantur rem aliquam aut bene gerendam esse aut omnino non suscipiendam, permultum vero mea interest, ne imprudentibus et malevolis cavillandi occasionem praebuisse ipse videar, ut eos qui haec lecturi sint expressis verbis monitis habeam, ut capita graeca et syriaca simul nominata plana congrua esse ne credant; variis enim modis a libraribus graecis — aut antiquiore, quem a Syro expressum esse aulamur, aut recentiore, cujus ex exemplari editiones nostrae fluxerunt — turbatum est ita, ut interdum verbis paucis tantum aut additis aut deletis aut transpositis aut aliter atque in editionibus nostris fieri solitum est conjunctis oratio alia evaserit: quae describi non posse, posse edri et edenda esse non est quod dicam. itaque, dum editionem paro, scripturae diversitatem omnem mihi reponendam esse intellego, quum seligendi quod initium, quem finem facturus fuerim nesciam; sed nihil me non moturum esse polliceor, ut hanc versionem syriacam etiam lexicographis linguae syriacae propter vocabula quae continet rarissima unam omnium maxime necessariam integram edere possim, addita oratione graeca ad illius fidem constituta; quae me molientem adjuvent quicunque studia haec syrograeca fructu non esse caritura intellegunt. en igitur capitum conspectum, sed iterum moneo, me numeros capitum graecorum non ideo addidisse, ut conlatisse me lectorum loco significarem, sed ut lectoribus indicarem, quae conferenda forent.

Numerum capitum a librario syriaco margini non esse adscriptum scito, ubi ego uncis includo.

Libri primi nihil aetatem tulit.

I.

II.

- [1. perditum.
- 2.] capitum secundi extrema tantum supersunt. II x 9 *χοη* etc. 10.
3. quo singuli agri tempore subigendi sint. II xxiii 4 — 14.
- (4.) quo agro quae semina seramus. cod. fol. 1B 16 — 20. graece II xii 1 — 2.
- (5.) semina quo modo legenda sint eisdemque, ubi minus proba fuerint, quo modo medendum sit. 1B 20 — 25: 2A 4 — 26: B 4 — 12. II xvi — xix varie mfta.
- [6.] caput sextum in codice heic nullum habetur.
7. de lente. 2B 12 — 18. II xxxvii 1 — 2. *θετορ'ενο γαχη* 90A 12 = gr. XIV 15. Michael. 686, 20.
8. de cicere. 2B 18 — 25: 3A 1 — 2. II xxxvi 1 et 3 alia pauca. *πετσο λεβινθος* 75A 5: 23A 16.
9. de faba. 3A 2 — 16. II xiii 3? xxxv 2 — 3. X lxxxiii 3 [cf. lxxxiv 6] II xxxv 5 cf. xiii 3? alia quaedam.
10. de milio. 3A 16 — 23. II xxxviii 4 — 2. *παργο κέγγρος* 15A 16: 88B 19.
11. de lapinis et cappari et lino. 3A 23 — 24 B 4 — 6. cf. II xxxix 8^a 9. 1.
12. de omnibus leguminibus et cannabi et lino. 3B 6 — 12. II xi 1 — 2.

13. de herba leonis quam orobanchen vocant. 3B 12 — 20. II xlii 1^a 3 var. lect. 6.
14. de tempore quo triticum et hordeum serenda sint. 3B 21 — 27: 4A 1 — 17. II xiv 1 — 8.
- (15.) de praevidenda hieme, utrum matura an sera futura sit; [in codice est luna, veram in margine emendatur hieme]. 4A 17 — 26 B 1. I v 1 — 3.
16. quo modo praecognitum habeamus, semina utrum proventura sint neene sint. 4B 2 — 11. post alia quaedam II xv 1 — 3 *μηρός* ut apud Palladium Aegyptiis [et Chaldaeis] adscriptum.
17. ad ubertatem fructuum non tantum caeli temperiem quantum agri ipsius naturam facere. 4B 11 — 23.
18. de sarritionibus post messem et runcationem faciendis. 4B 23 — 25: 5A 1 — 5. II xxiv 1 — 3. *rukok'o, skalsia* cf. 3A 18 *et rakesk' skálletai*.
19. de stercore. 5A 5 — 26 B 1 — 10. II xxi 1 — 12.
20. de stercore praeparando. 5B 10 — 25: 6A 1 — 4. II xxiii 1 — 3.
21. de area et quo modo paranda sit. 6A 4 — 18. II xxvi 6. 1. 3 — 5.
22. de frugibus metendis et colligendis. 6A 18 — 25 B 1 — 4. cf. II xxv? ?
23. de granario et ne putrescat triticum. 6B 4 — 25: 7A 1 — 11. II xxvii 1 — 10.
24. de tritico probando et quo modo inde panis paratur. 7A 12 — 25. cf. II xxvii.
25. quo modo panis fiat qui dulcis sit. 7A 26 B 1 — 7. II xxxiii 1 et 4.
26. de lupinis, qui comedi possint, et de pane ex eis praeparato. 7B 7 — 12. II xxxix 4 — 5.
27. de servando hordeo et quo modo hordeum et farina serventur. (sic) 7B 12 — 17. II xxxi 1 — 2.
28. quo modo harundo et gramen agro depellantur. 7B 17 — 27: 8A 1 — 9. III x 7^b *θέρμους* 8. 9.
29. quo modo harundinem et juncum et filicem et urticam extirpes. 8A 9 — 25 B 1 — 6. cf. III x 7? ? *qanyo kálamos* 57B 17 *χάραξ* 59A 14 *ψιάθος* 62B 8. *sanyo* 54B 20 *βάτος* Act. vii 30. *kulop'o* cf. Buxtorf 773: *pup'urtn pányos*.

III.

In folio 8B quaedam adeo evanida sunt, ut legere equidem non potuerim, sed fere in titulis tantum capitum, quorum conspectus libro tertio fol. 8B 7. — 15 praemittitur.

1. 8B 15 — 20. III i 2.
2. praeterca docet putare vitem humilem. 8B 20 — 25: 9A 1 — 4. cf. III i 5.
3. de vite plantanda. 9A 4 — 9. III i 6 cf. 3.
4. quo modo et quo tempore plantae inserendae sint. 9A 9 — 12. III i 4.
5. mense Februario. 9A 13 — 25. III ii 1. 3.
6. mense Martio. 9A 26 B 1 — 22. III iii 1. 9. 6. 6? nova multa.
- (7.) mense Aprili. 9B 22 — 25: 10A 1 — 10. III iv 4 — 6 praeter nova multa.
8. mense Maio. 10A 10 — 26 B 1 — 26: 11 A 1 — 27 B 1 — 16. III v vi iv xii neque omnia neque eodem quo apud Graecum ordine.
9. mense Junio. 11B 16 — 28: 12A 1 — 2. cf. III vi 1. 2. 6. 4.
10. mense Julio. 12A 2 — 24. III x 1 — 2. 4 — 6 et alia quaedam.
11. mense Augusto. 12A 25 — 26 B 1 — 24. III xi 1. 2^a 4. 5^a 2^b 5^b 6. 3 et alia non nulla.

12. mense Septembri. 12B 22 — 31; 13A 4. III xii 1 — 3 et alia non nulla.
13. mense Octobri. 13A 1 — 29 B 1 — 3. III xiii 1 — 3. 7. 4 — 6. 8 — 10 et alia quaedam.
14. de luna. 13B 3 — 10. V x 1 — 2.
15. quo modo sciri queat, luna quo tempore sub terra, quo supra terram sit. 13B 10 — 28. 14A 1 — 21. V vii 2 — 31.

IV.

- (1.) de servandis frugibus. 14B 1 — 19.
(2.) quo modo serventur uvae. 14B 19 — 29; 15A 1 — 24. post alia IV xv 16. 19. 9 — 11.
(3.) uvae passae quo modo fiant. 15A 24 — 28 B 1 — 5. V lii 1 — 3.
4. de servandis pomis. 15B 6 — 20. X xxi 1. 5. 4. 6 varie transposita.
5. quo modo cydonja serventur. 15B 20 — 30. 16A 1 — 4. X xxviii 1 — 2. 5.
6. quo modo pira serventur. 16A 4 — 9. post alia X xxv 1 ἀπορίθεται.
7. quo modo mala punica serventur. 16A 9 — 24. praeter alia X xxxviii 5. 7. 6.
8. de prunis. 16A 24 — 28. X xl.
9. quo modo serventur amygdala et reliqui arborum fructus. 16A 28 — 30 B 1 — 5. cf. X lviii.
10. quo modo serventur ficus. 16B 5 — 20. cf. X liv ??
11. de alio genere ficuum. 16B 21 — 29; 17A 1 — 9.
12. quae sit cura habenda vasorum, in quae ficus inciantur. 17A 9 — 13.

V.

1. de solo vitibus apto. 17A 22 — 27 B 1 — 6. V i 1 — 5.
2. de tempore plantandi. 17B 6 — 29. 18A 1 — 5. cf. V vi 2. nihil de „Maratonymo Cassiani Bassi praedio,” pleraque graece non inveni.
3. quo modo plantetur. 18A 6 — 29 B 1 — 8. cf. V xiii.
4. quot oculi relinquendi sint in planta transferenda. 18B 8 — 16.
5. de fossione agri et de altitudine vitium plantandarum. 18B 17 — 25. V xii 1 et 3.
6. quantum vites inter se distare oporteat. 18B 25 — 28; 19A 1 — 5.

VI.

1. de plantariis et plantis quibusvis. 19A 19 — 28 B 1 — 27; 20A 1 — 21. cf. V iii 1 — 5 et Syr. III 8.
2. de tempore quo plantanda sit. 20A 21 — 31 B 1 — 27. cf. V vi 2.
3. de vitibus et eis quae vivradicibus et eis quae malleolis oriantur. 20B 27 — 30; 21A 1 — 4. cf. V xiv 1 — 2. *sat'o* ἀμπελοσ. 9A 14 cf. 37B 4. *satel'* Athanas. *γῆ* 10 geop. 11A 3. *ἰεθ'ιστο* vel *κλήμα* vel *κληματις* geop. 6A 17; 11A 5; 12B 14 etc.
4. de vitibus pampinandis et fodiendis. 21A 4 — 20. V xix 1 — 5. *αἰθ'οῦ'ο* βλαστολογία 23A 18.
5. de ablaqueatione. 21A 20 — 26. V xx 1 — 2. *γυρ'ονο* σκαφός 10A 2 cf. 9B 9 *γύρωσις* 59B 10. *γαρεν* περισκάπτει 9B 9 *σκάπτει* 10B 3.
6. de putatione. 21A 26 — 30 B 1 — 30. cf. V xxiii.

7. quot malleoli in vite septem annos nata relinquendi sint et quo modo vitis periculis adliganda sit. 22A 11 — 28. V xxii 1 — 4.
8. quo tempore fodienda sit vinea et quamnam ex fossione utilitatem percipiat. 22A 28 — 30 B1 — 8. V xxv 1 — 4.
9. *d'atkano vole lëneb'daq'booyob'o d'it bëk'arna?* 22B 9 — 15.
10. quae vineae recens plantatae cura habenda sit. 22B 15 — 29. V xxi 1 — 4.
11. quid oporteat seminare in vineis. 22B 29 — 30: 23A 1 — 18. cf. V xi 1 — 3.
12. de pampinatione. 23A 18 — 29. V xxviii 1 — 5.
13. de pampinatione altera [et quo modo in Bithynia et Lydia vinum dulce reddatur.] quae uncis inclusi, ad caput sequens referenda sunt. 23B 1 — 17. V xxix 1 — 6.
14. quo modo vinum dulce reddi possit. 23B 17 — 24.
15. quo modo oporteat ante ablaqueationem stercoreare. [codex ablaqueare, sed videtur stercoreare reponendum esse.] 23B 25 — 29: 24A 1 — 19. V xxvi 1 — 10.
16. de ridicis adhibendis et quo modo ridicis planta fulcienda sit. 24A 19 — 28. V xxvii 1 — 3.
17. qua mensis die plantandum sit. 24A 28 — 29 B1 — 8. V x quaedam tantum verba eadem habet; refertur lector ad librum tertium [cap. xiv].

VII.

1. de vitibus quarum fructus inarescant. 24B 22 — 29: 25A 1 — 3. V xxxiv 1 — 3.
2. de vitibus fructus non ferentibus. 25A 3 — 10. V xxxv 1 — 2.
3. de vitibus folguritis. 25A 10 — 18. V xxxvi 1 — 3.
4. de vitibus aegrotis. 25A 18 — 25. V xxxvii 1 — 2.
5. de vitibus lacrymantibus. 25A 25 — 29B 1 — 4. V xxxviii 1 — 3.
6. de pruina. 25B 4 — 20. V xxxi 2 et 4 xxx 1 xxxii 1 — 2.
7. de grandine et quo modo avertatur. 25B 26 — 28: 26A 1 — 22. cf. I xiv in primis § 8 et 10.
8. de rubigine. 26A 22 — 29B 1 — 8. V xxxiii 1 — 5.
9. de vitibus quarum fructus putrescant. 26B 8 — 14. V xli 1 — 2.
10. de vitibus destuis. 26B 14 — 20. V xxxix 1 — 4.
11. de bestiolis fructus infestantibus. 26B 20 — 27: 27A 1 — 8. post alia quaedam V xlix 1. xlviii 1. 3 — 5.
12. de vitibus quarum e radicibus frondes succrescant. 27A 8 — 12. V xl 1 — 2.
13. de crucis. 27A 12 — 19. XII viii 8 V xlviii 6 XII viii 1 et 4.
14. de vitibus ligone vulneratis. 27A 19 — 26. V xlii 1 — 2.
15. de cantharidibus et bestiis majoribus fructus infestantibus. 27A 26 — 27B 1 — 6. XIII xvi 1 — 2 V xlix 2.
16. physicum Democratis paradoxum experientia probatum, ut neque vites neque arbores a quopiam laedantur et maxime ut ne a majoribus bestiis. 27B 7 — 14. V l 1 — 2.
17. de locustis et muribus et formicis. 27B 14 — 28: 28A 1 — 2. XIII i 1 — 6.
18. de formicis. 28A 2 — 11. XIII x 5 et 4.
19. de culicibus. 28A 11 — 15. cf. XIII xi 3.

20. de pulcibus. 28A 15 — 23. XIII xv 5. 1. *pureasno*.
21. de cantharidibus. 28A 23 — 28 B 1. XIII xvi 2. 3.
22. de cimicibus. 28B 1 — 9. XIII xiv 4. 10 — 11. *pašpěšo* = ar. *fasfas*.
23. de muribus. 28B 9 — 14. XIII iv 9. 1. Anatolius non nominatur.
24. super muribus. *mesül* vertere soleo de, *sal* rarius obvium super; equidem Syros semper *mesül* et *kül* pronunciantes audiui. 28B 14 — 23. XIII v 1 — 3.
25. de talpis. 28B 23 — 28: 29A 1 — 8. XIII vii 2. *muldo* v. Cast. 296 Mich.
26. aliud super muribus. 29A 8 — 9. XIII iv 2 *κονίαν κτλ.*
27. de anguibus. 29A 9 — 15. cf. XIII viii 1 — 2.

VIII.

1. quo modo ad vindemiam faciendam accinctus esse debeas. 29B 18 — 21. VI x.
2. vina qua ratione inter se differant et de odoribus eorum. 29B 21 — 27: 30A 1 — 2. cf. VII iii 2 Palladius Rutilius XI 14 ed. Bipont. tom. III p. 181 lin. 20 quod dulce est — lin. 26 mediocre.
3. quo modo curare oporteat uvas post vindemiam imbre madefactas. 30A 3 — 9. VII iv 1 et 2. omissis § 2 verbis *εὶ δὲ — γεύσεις* v. cap. syr. 5.
4. condimentum vini quo efficiatur ut maneat limpidum?... sequitur *ωἰοβοῦν ἡχογίτῃ*, quod me non intellegere profiteor. *εὐπαγεῖσθαι* Athanas. ed. Cureton pag. γζ 11: *ἡχογίτῃ* una ibid. pag. κβ 7. *ἡτὶ πυκνός* geopon. cod. fol. 6B 24: fortis ibid. 55B 15. *ἡτὶσὺτῷ* in quercu laudatur ib. 55B 7. alternantur *ἡχογίτῃ* et *ἡτὶσὺτῷ* geop. fol. 59B 15 et 21. 30A 9 — 27B 1. VII xiii 5: cetera non inveni: latine apud Palladium XI 14 l. l. p. 181 lin. 27 — p. 182 lin. 11 persuadent.
5. quo modo uvarum imbre madefactarum vinum durare faciamus. 30B 2 — 10. VII iv 3 — 4 praemissis e § 1 *ἐπόμβρου τοῦ ἔτους γενομένου* et e § 2 quae supra cap. 3 abesse dixi: Pallad. l. l. lin. 12 — 18 ministrare.
6. quo modo vinum parémus, cujus in dies odor dulcior fiat. 30B 10 — 22. cf. Palladium XI xiv p. 182 lin. 24 — 183, 2. gr. VII xx 1 et alia nonnulla.
7. quo modo efficiendam sit, ut vino quovis die odor sit a natura ejus alienus. 30B 22 — 25. gr. VII xx 2. non *Ἀσιανῶν μύλων* sed *ἀσινῶν μύλων*.
8. quo modo vinum suave de duro fiat. 30B 26 — 27: 31A 1 — 8. Palladius XI xiv p. 182 lin. 19 — 24 additis aliis quibusdam.
9. quomodo vinum fiat ... aliquot literae evanuerunt: *λέμεβτ*... 31A 8 — 12. Palladius XI 14 p. 183 lin. 3 — 8.
10. quo modo vinum fiat quod speciem veteris et praestantis prae se ferat. 31A 12 — 22. VII xxiv 1 additis aliis non paucis.
11. quo modo vinam recens fiat vetus et bene olens. 31A 23 — 27B 1 — 6. VII xxiv 2 — 3 *ἀρχαία*: sed § 2 bis apud Niclam numeratur.
12. quo modo quis vinum horum ita emendet ut multorum annorum aetatem habere videatur. 31B 6 — 11. VII xxiv 4. Pallad. XI 14 p. 183 lin. 17 — 22.
13. quo modo quis vina fortia reddat. 31B 11 — 17. Palladius XI 14 p. 184 lin. 6 — 12.
14. quo modo vinum tenue(?)reddatur. 31B 17 — 23.

15. quo modo vinum ab aqua separetur. 31B 23 — 26. VII ix.
16. quomodo „ad misionem suam perveniat“ vinum e fructibus multis confectum. 31B 26: 32A 1 — 2.
17. quo modo medendum sit vino, quod in vappam converti coeperit. 32A 2 — 7. cf. VII xii 12 et 13.
18. quo modo curetur id quod acescere coepit. 32A 7—12. cf. VII xii 14. vinum
19. acidum quo modo ad rectam valetudinem reducatur. 32A 12 — 17. aegre e VII xii conquirenda.
20. quo modo ex musto acido vinum conficias. 32A 17 — 19. (in titulo fortasse non omnia sana sunt.)
21. quo modo humectus vino sapor adimatur. 32A 19 — 27. cf. VII xxvi.
22. quo modo vini tollatur infirmitas et tenuitas. 32A 27 B 1 — 5.
23. quo modo curetur vinum viro serpentium laesum. (σῶσαντο δὲναστο cf. Johann. Ephes. p. 9 lin. 10 Cur.) 32B 5 — 7. VII xxvii.
24. quo modo curetur vinum vel fumo vel oleo lucernae laesum. 32B 7 — 14.
25. quo modo efficiatur vinum per mare transvectum ut maneat tale quale natura fuerit. 32B 14 — 22. VII xvii additis aliis.
26. condiendi modus quo quis vinum salubre reddere possit. 32B 22 — 27.
- (27.) quo modo vini fulvi color in album mutetur. 32B 27 — 28: 33A 1 — 4. cf. VII xxi 1 κλίματα κτλ.
28. quo modo vini albi color in nigrum mutetur. 32A 4 — 6. cf. VII xxi 2.
29. quo modo experiri possis musto aqua utrum admista sit necne sit. 33A 6 — 22. VII viii 3. 2. 8 praeter alia quaedam.
30. ne effervescat vinum novum in doliis recens conditum. 33A 22 — 25 B 1 — 3 cf. VI xiv 1 — 2.
31. quo modo vinum scilliticum fiat. 33B 3 — 18. Palladius VIII 6.
32. quo modo vinum mulsum cotidie fieri possit. 33B 18 — 25.
33. quo modo acetum scillitium fiat. 33B 25: 34A 1 — 5. VIII xlii.
34. quo modo acetum ad concoctionem et ad sanitatem commodum fiat. 34A 5 — 11. VIII xxxv.
35. quo modo fiat acetum. 34A 11 — 22.
36. acetum suave quo modo fiat. 34A 23 — 25.
- (37.) quo modo acetum duplicetur. 34A 25 — 26 B 1 — 7. cf. VIII xli.
38. quo modo experiri possis aceti bonitatem. 34B 7 — 9. VIII xl.
39. quo modo medearis aceto corrupto. 34B 9 — 13.
40. quo modo acetum sine vino fiat. 34B. 13 — 16. VIII xxxiv 3.
- (41.) quomodo vinum myrtiten temperas. 34B 16 — 24: 35A 1 — 8. cf. VII xx Pallad. III 31.

IX.

1. de initione vitium. 35A 23 — 25 B 1 — 25: 36A 1 — 24 B 1 — 26: 37A 1—9. quaedam gr. IV xii exstant, pleraque invenire nondum potui.

2. de insitione terebrationis opera perficienda. 37A 9 — 26 B 1 — 3. IV xiii 1—4.
3. quo modo efficiendum sit ut vitis uvas varias, nigras et fulvas, ferat. 37B 4 — 17.
4. quo modo efficiendum sit ut vitis uvam variam ferat. 37B 17 — 26: 38A 1 — 16.
5. quo modo e viti vel nigra vel alba vel fulva fiat ea quae cissus appellatur, id est vitis varia. 38A 16 — 24 B 1 — 9. cf. *κισσός* cod. 28B 3 gr. XIII xiv 4.
6. quo modo fiant uvae vinaceis carentes. 38B 9 — 24: 39A 1 — 4. IV vii 1—4.
7. de vite quae theriaca appellatur. 39A 4 — 24 B 1 — 7. IV viii 1 — 3 alia quaedam 4 — 5.
8. quomodo efficiendum sit ut uvae dulces fiant. 39B 8 — 16.
9. quo modo efficiendum sit ut vitis cito crescat. 39B 16 — 20.
- (10.) quomodo efficiendum sit ut uvae hiemales (sic) in vitibus suis perdurent. 39B 21 — 26: 40A 1 — 5.
11. aliud paradoxum curiosum. 40A 5 — 23.
12. iterum aliud, quo modo efficiendum sit ut uvae perdurent in vite tales, ut usque ad Aprilem mensem in vigore sint neque corrumpantur. 40A 23 — 25: 32B 1 — 8. IV xi.
13. quo modo efficiendum sit ut uvas serotinas vel alios fructus vespae ne contingant. 40B 8 — 10. IV x. *debbure* Johann. Ephes. p. 27, 2 Cureton.
14. de insitione arborum. 40B 11 — 24: 41A 1 — 25 B 1 — 24: 42A 1 — 21. cf. X lxxv. *εὐνομο ἐχρηρτισμὸς* 9B 5: 35B 8.
15. de inoculatione. 42A 21 — 23 B 1 — 24. cf. X lxxvii.
16. quo modo efficiendum sit ut arbor fructus duorum colorum ferat. 42B 24 — 25: 43A 1 — 19.
17. quomodo efficiendum sit ut una arbor octo fructus vel plures ferat. 43A 10 — 24. B 1 — 23.
18. de insitione punicorum. 43B 23 — 25: 44A 1 — 9. X xxxvii 1 — 2.
19. quo modo uvae praecoces fiant. 44A 9 — 13. IV v 3.
20. quo modo uvae fiant in quibus sapor myrti sit. 44A 13 — 15. IV iv.
21. quo modo serventur uvae ne putrefiant. 44A 16 — 17.

X.

1. [de paradiso cod. 44A 19]. 44B 11 — 25: 45A 1 — 11. X i 1 — 4.
2. de variis plantandi modis. 45A 11 — 23 B 1 — 10. cf. X iii et iv.
3. quo modo arbores seminibus procreantur et quae stolonibus. 45B 11 — 24: 46A 1 — 6. cf. X iii. *saukot^{ho}: saukto κλών* 60A 16B 7 *πάσσαλος* 62A 5.
4. de stolonibus arborum et quo modo ex uno loco in alterum transferantur. 46A 6—20.
5. quo modo arbores magnae de locis suis transferantur et alio loco plantentur. 46A 20 — 23 B 1 — 17. X lxxxv 1 — 2 praeter alia non nulla.
6. quo modo semine e locis longe distantibus allato ad plantandum utamur. 46B 18 — 24: 47A 1 — 14. X lxxxvi 1 — 3.
7. quo modo et quando purgandae sint arbores. 47A 14—24 B 1. X lxxxviii 1 — 3.

8. arborum morbis omnibus qua ratione medearis. 47B 1 — 23: 48A 1 — 25 B 1 — 24: 49A 1 — 9. cf. X lxxxiv.
9. de malis punicis et quo modo effici possit ut sine acinis sint aut ut rubra neque hiantia atque etiam si aegrotent ut sanentur aut ut acida dulcescant. 49A 9 — 24 B 1 — 23: 50A 1 — 15. cf. X xxix et xxxi.
10. de plantatione amygdalarum et qua ratione fieri possit ut fiant tenerae quae durae fuerint atque ut ex acerbis evadant dulces et de insitione earum. 50A 15 — 24 B 1 — 24: 51A 1 — 22 B 1 — 3. cf. X lvii — lxii.
11. de plantatione nucum et de cura in eis tractandis assumenda et qua ratione efficiatur ut putamina eorum mollia et fructus copiosi fiant. 51B 3 — 24: 52A 1 — 11. X lxiv 1 — 2 lxvi 1 lxiv 3 — 5 lix 2^a lxiv 6.
12. de nucibus avellanis. 52A 11 — 16. X lxxviii 1 — 2.
13. de nucibus pineis (strobilis). 52A 16 — 21. cf. XI xi.
14. de castaneis quae *Διὸς βάλανου* vocentur. [cod. *ὄμβρον* in margine *ἰάμβου* manu recent. adscriptum.] 52A 21 — 24 B 1 — 8. X lxxiii 1 — 3.
15. de plantandis piris. 52B 8 — 25: 53A 1 — 16. X xxiii 1 — 7. xxii 1 — 2.
16. de plantandis pistaciis. 53A 16 — 19. X xi 1.
17. de plantandis malis et hi fructus quo modo pulchri et rubri fiant. 53A 19 — 23 B 1 — 17. cf. X xviii et xix.
18. duracina et pruna quo modo efficiendum sit ut rubescant. 53B 16 — 24: 52A 1 — 9.
19. de cydoniis et prunis et cerasis. 52A 9 — 17. X xli 1 — 3.
20. duracina quo modo efficiendum sit ut scripta nascantur. 54A 17 — 22. cf. X xv 2.
21. quo modo efficiendum sit ut cujuscunque generis figurae pictae appareant in fructibus. 54A 22 — 24 B 1.

XI.

1. quo modo rubus plantetur. 54B 20 — 24: 55A 1 — 5.
2. de sepe paranda. e [libris] Democratis [sumptum]. 55A 5 — 22. cf. V xliv in primis § 6. „Democriti“ consilium apud Columellam XI 3 servatum non inest.
3. de arboribus et quo tempore caedendae sint, quae ad structuram aptae sint. 55A 22 — 23 B 1 — 21: 56A 1 — 22 B 1 — 91. perpauca tantum invenire contigit ac vel ea satis diversa IX ii 5 — 6 et iv 5 — 8.
4. de aere oleis commodo et terra circumaggeranda. 56B 12 — 22: 57A 1 — 12: IX iii 1 — 7. syr. *ἄτρομο* = *περίχωσις*: cod. 61B 6 = gr. IX x 2.
5. de tempore plantandi etiam alio loco locandi sumus. 57A 12 — 22 B 1 — 8. cf. IX iv 2 — 4.
6. de scrobibus olearum plantandarum causa fodiendis. 57B 9 — 23: 58A 1 — 4. cf. IX vi 2 — 4: addita non pauca.
7. de plantario. 58A 5 — 21 B 1 — 21: 59A 1. IX v 1 — 14.
8. de cura plantarum. 59A 1 — 22 B 1 — 6. X lxxxi 1 — 4 cf. etiam 5. addita non pauca.
9. de cura olearum adultarum. 59B 7 — 22: 60A 1 — 22 B 1 — 9. IX ix 1 — 12.

10. de olearum insitione. 60B 9 — 22: 61A 1 — 8. cf. IX xvi 1 — 4.
11. de stercore oleis commodo. 61A 8 — 18. cf. IX xv 1 — 2.
12. quo modo oleae florentes et fructuosae fiant et aegrotantes curentur. 61A 18 — 23 B 1 — 23: 62A 1 — 20. IX x 1 — 10.
13. quo modo fiat oleum omphacinum. 62A 20 — 23 B 1 — 21: 63A 1 — 22 B 1 — 17. IX xix 2 — 12 additis non nullis.
- (14). quo modo fiat oleum altera olivarum pressione. 63B 17 — 22: 64A 1 — 10.
15. quae olei genera pingua(?) sint. 64A 11 — 16.
16. quo modo fiat oleum hispanici simile. 64A 16 — 24 B 1 — 8. IX xxvi 1 — 4.
17. quo modo fiat oleum isticum i. e. liburnicum simile. 64B 9 — 17. IX xxvii 1 — 2. codex *asorugim ligurum*.
18. quo modo efficiendum sit ut oleum turbidum limpidum fiat. 64B 17 — 22. IX xxiv 1.
19. quo modo oleo foetido medeare. 64B 22 — 24: 65A 1 — 15. IX xxiii 1 — 5: addita non nulla.
20. quo modo emendetur oleum in quod mus incidit aut aliud animal odorem ejus vitians. 65A 16 — 23 B 1 — 13. IX xxv 1 — 5. addita haud pauca.
21. quo modo epuretur oleum, in quo sordes sint. 65B 14 — 16. cf. IX xxi
22. quo modo oleo rancido medeare. 65B 16 — 23. cf. IX xxii 1 — 2.
23. quo modo fructus olearum sanitati restituantur. 66A 1 — 7.

XII.

1. de irrigationis generibus et aquarum procuracione. 66B 2 — 17.
2. de terra oleribus apta. 66B 17 — 21: 67A 1 — 13. XII iii 1 — 5.
3. de oleribus colendis. 67A 14 — 19. cf. II xxvi 3.
4. olera stercore et cinere gaudere. 67A 19 — 22 B 1 — 16. XII iv 1 — 3. addita non nulla.
5. quo modo erucae deleantur. 67B 16 — 22: 68A 1 — 13. XII viii 3 — 8. addita non nulla.
6. quo modo blattae⁹) deleantur. 68A 14 — 19. XII ix 1 — 2. adscripti num. 4.
- (7). ut olera a pulicibus ne comedantur. 68A 19 — 22 B 1 — 10. XII vii 1 — 4 addita non nulla.
8. quo modo efficiendum sit ut vermis nullus in oleribus appareat. 68B 10 — 21. XII vii 5. deinde ea fere quae 68B 1 — 9 jam scripta erant repetuntur.
9. de tempore [serendi] et de generibus olerum. 69A 1 — 21 B 1.
10. quo modo in radice lactucarum crescant simul apium, ocimum et eruca. 69B 1 — 15. XII xiv 1 — 2. *gargire εύζωμον* ut arab.: *ταπιω καρδάμων* 85B 15.
11. de porris et quo modo efficiendum sit ut grandia fiant. 69B 15 — 22: 70A 1 — 19. cf. XII xxix. *κέραιε πράσοι* 74B 5: 88A 12.
12. de rapis et raphanis. 70A 19 — 23 B 1 — 14. XII xxii 1 prima verba tantum, deinde alia omnia. *λαρῆτο γογγυλις* 68A 22 v. Hesych. s. v. *λάψα*.
13. de raphanis et de utilitate eorum et de medela ex eis facienda. 70B 14 — 23: 71A 1 — 13. cf. XII xxii 2 — 12 sed neque omnia habentur neque eodem quo graece ordine.
14. de betis. 71A 13 — 16. XII xv 1. *σελγο σεύριλον* 85B 17: 88A 7.

15. de malva et quibus malis medeatur. 71A 16 — 24 B 1 — 5. XII xii 2. 4 multa nova.
- (16. de pegano.) 71B 5 — 16. cf. XII xxv. minio librarius carere coepit, rubricas enim in capitibus 16 — 21 nullas addidit, spatium liberum reliquit.
- (17. de allio.) 71B 17 — 22: 72A 1 — 15. cf. XII xxx 1. 6. 8. 9. 7. 2. 3. quaedam alia.
- (18. de cucurbitis.) 72A 15 — 21B 1 — 4. cf. XII xix et xx.
- (19. de asparago.) 72B 4 — 21: 73A 1 — 20 B 1 — 3. XII xviii post prima verba congrua pleraque alia.
- (20. de cinaris.) 73B 3 — 22: 74A 1. XII xxxix 1 — 5.
- (21.) de rosa. 74A 2 — 15. XI xviii 5. 14. 3.
- (22.) de liliis 74A 15 — 23 B 1 — 4. XI xx 1. 2. 7.
- (23.) de bulbis. 74B 4 — 8. XII xxxvi. *peouryot^{ho} βολβία* 74A 20.
- (24.) titulum non intellego: de *סורפלאוס* qui est *לילין*. 74B 9 — 12.
- (25.) de fungis. 74B 12 — 22: 75A 1 — 2. XII xli 1 — 4.
- (26.) quo modo limaces procreentur. 75A 2 — 5. hoc loco *hēlizine* scribitur quod f. 28A 10 *halaxine* fuerat ut apud Arabas. ita etiam Diqlius ille.
- (27.) quo modo cicer usque ad aetatem [proximam] servetur neque ab ulla re laedatur. 75A 5 — 11.
- (28.) quae olera inter arbores plantanda sint, quae non sint. 74A 12 — 19.

XIII.

- (1.) de apibus et quo modo apes fiant e *hōvibus* eae quae *βουγόνοι* dicuntur. 76A 6 — 23 B 1 — 22: 77A 1 — 22 B 1 — 17. XV ii 1 — 20 iv 2. 4 — 8. ii 5 *μόνη δὲ ὁμοῦ μάλιστα χείρουσι*: Syrus *ὁσμῆ δὲ θύμου μ. χ.*
- (2.) quo modo apes fiant e *bovibus* eae quae *βουγόνοι* dicuntur. 77B 17 — 22: 78A 1 — 23 B 1 — 20. XV ii 22 — 38.
- (3.) de melle et de vi ejus medicatrici. 78B 20 — 23: 79A 1 — 15. XV vii 1. 2. 4^b. 5. 6 iv 1 v 5 alia non nulla.
- (4.) de vaccis admissurae parandis. 79A 15 — 18. XVII i.
- (5.) de tauris. 79A 19 — 23 B 1. XVII iii 1 — 2.
- (6.) de tempore admissionis. 79B 1 — 12. XVII v 1 — 4.
- (7.) qua ratione praenoscamus quales futuri sint partus. 79B 12 — 20. XVII vi 1 — 3.
- (8.) ne pungantur boves. 79B 20 — 23: 80A 1 — 5. XVII vii 1 — 2.
- (9.) de vitulorum educatione. 80A 5 — 10. XVII viii 1 — 3.
- (10.) quo modo boves pingues fiant. 80A 10 — 23 B 1 — 3. XVII xii 1 — 4.
- (11.) de medela. 80B 3 — 4. XVII xiii 1.
- (12.) ne ossa deglutiant. 80B 5 — 9. XVII xiii 2. addita non nulla.
- (13.) de capitis dolore. 80B 9 — 18. XVII xv 1 — 5. *ἀρσενικόν, non πτωσάνη*.
- (14.) de profluvio alvi. 80B 18 — 22. XVII xvi 1. 3.
- (15.) de alvi dolore. 80B 22 — 23: 81A 1. XVII xviii.
- (16.) de torminibus. 81A 1 — 9. XVII xix 1 — 4. *σαλγο στρόφος* hebr. Prov. 30, 15.
- (17.) de armento febricitante. 81A 9 — 23 B 1 — 3. XVII xx 1 — 5.
- (18.) de tussiente. 81B 3 — 7. XVII xxi 1 — 3.

- (19.) de suppuratione. 81B 8 — 11. XVII xxii. *mag^hlo lγwq* 62B 19. aeth. *magl* pus.
- (20.) de claudicatione. 81B 11 — 24: 82A 1 — 5. XVII xxiii 1 — 4.
- (21.) de scabie. 82A 5 — 8. XVII xxiv 1 — 2. *ῥυπηνο: ἐκφυσις* 5B 9 *τραῦμα* 80A 9.
- (22.) de perfrictione. 82A 8 — 10. cf. XVII xxvi.
- (23.) de vermibus. 82A 11 — 12. XVII xxvii.
- (24.) de mala concoctione. 82A 12 — 15. XVII xxv (sic). *ῥέζορο δ'ἔξο.*
- (25.) de bile. 82A 15 — 17. XVII xxviii (sic).
- (26.) de pediculosis. 82A 18 — 23 B 1. XVII xxix 1 — 2. *qatmoye* cf. *qatmo φθσιq*
- (27.) de equi admissarii aetate. 82B 1 — 12. [76B21: 87B19. et 68B11.
- (28.) de tempore admissionis (sc. equorum). 82B 13 — 23: 83A 1 — 11. XVI i 3^a alia permulta.
- (29.) de equarum gravidarum cura. 83A 11 — 23 B 1 — 10.
- (30.) de educatione pullorum. 83B 10 — 25: 84A 1 — 6.
- (31.) de asinis admissurae idoneis. 84A 6 — 24. XVI xxi 1. 2. 6 — 9 *ūno* est admissarius Johann. Ephes. p. 8, 18 ed. Cureton. Jerem. 5, 8.
- (32.) de morborum variorum cura. 84B 1 — 14.
- (33.) de [equo] febricitante. 84B 14 — 24: 85A 1 — 9. XVI iv 1 — 5.
- (34.) de dolore oculorum. 85A 10 — 13. cf. XVI v 1.
- (35.) aliud [caput] de albugine. 85A 14 — 19. cf. XVI vi 1 — 2. *ἡῶραικορο* Cast. 285.
- (36.) de nervis. 85A 19 — 23 XVI vii 1 — 2. *ward^ho: φλέψ* 88A 13 cf. 57B 14:
- (37.) de profluvio alvi. 85A 23 B 1 — 5. XVI viii 1 — 2. [12B 28: 13A 13.
- (38.) de terminibus. 85B 5 — 18. XVI ix 1 — 5. vide supra cap. 16.
- (39.) de scabie 85B 18 — 25: 86A 1 — 2. XVI xviii 1 — 4. *ῥυπηνο ἔλκος* 81B 20.
- (40.) de pulmonis morbo. 86A 2 — 5. XVI x 1. *εαπο πνεύμων* = hebr. *עמפֹּת* geor. 86A
- (41.) de tussiente. 86A 5 — 13. XVI xi 1 — 4. [3. *ἄεηλο* = arab. *עמדל*.
- (42.) de inflammatione. 86A 13 — 16. XVI xvi.
- (43.) de hirudine. 86A 16 — 17. XVI xix *ἐγγυτίον. παῖκῶ[ι]το βδύλλα* 28B4: 88A 16.
- (44.) quo modo scorpionis aut alii reptilis ictui medearis. 86A 18 — 25. XVI xx 1 — 2.
- (45.) de urinae difficultate. 86A 24 — 25B 1 — 4. XVI xiii 1 — 3. *ῥέμορο.*
- (46.) de [equis] sanguinem mingentibus. 86B 5 — 10. XVI xiv 1 — 2.
- (47.) de electione ovium. 86B 10 — 18. cf. XVIII i.
- (48.) quo modo efficiendum sit ut oves diu vivant. 86B 18 — 25: 67A 1 — 6. cf. XVIII ii. *περὶ ἐπιμελείας τῆς διαμονῆς οἰῶν* syr.
- (49.) de cura vervecum habenda. 87A 6 — 15. XVIII iii 1 — 5.
- (50.) de partu. 87A 16 — 24. B 1. XVIII iii 6 — 10.
- (51.) quo modo tondendae sit oves et qua ratione aegrotis medendum. 87B 2 — 18. XVIII viii 1 xiii 1 — 4 varie transposita.
- (52.) de scabie. 87B 18 — 25: 88A 1 — 4. XVIII xvi 1 — 4 xv 4 — 5. cf. cap. 21. 39.
- (53.) de morbis diversis. 88A 4 — 23. XVIII xvii 1 — 7. xviii 1.
- (54.) de probatione lactis utrum aqua insit an non. 88A 23 — 24 B 1 — 3. XVIII xx.
- (55.) ne lupi gregem adoriantur et quo modo capiuntur. 88B 4 — 14. XVIII xiv 1 — 3.

- (56.) canes quo modo cavendum sit ne quem mordeant. 88B 14—15. XV i 13.
 (57.) de gallinis. 88B 15—24: 89A 1—8. XIV vii 1—7^a. alia pauca.
 (58.) de ovis servandis et quo modo efficiendum sit ut gallinae ova magna pariant et quo modo gallinis foventibus supponenda sint ova. 89A 8—19. XIV xi 6—8. 1—2.
 (59.) de varia gallinarum medela. 89A 19—26 B 1—8. XIV xvii 1—5 *ἀφαιλεῖ*.
 (60.) de pavonibus. 89B 8—15. XIV xviii 1—4.
 (61.) de anseribus. 89B 16—25: 90A 1—8. XIV xxii 1—8. *ωαρο χήν* 5A 15.
 (62.) de columbis. 90A 8—26 B 1—4. omnia e primis libri XIV graeci capitibus permista.
 (63.) de passeribus. 90B 4—7. syriace est *parpure*: cf. arab. *furfur* Freytag III p. 339 ubi aliae similes radices significationes peti possunt. aethiopice *šēšērat*, cooptice *pēri* coturnix.
 (64.) quo modo efficiendum sit ut columbae in unum locum convenient, 90B 7—25.
 (65.) de plantis. 90B 25—27: 91A 1—4. cf. X xiv.
 (66.) de amygdalis amaris. 91A 4—10. cf. X lix.
 (67.) de ficibus defluis. 91A 10—12. *νήθ'ar ἀπερρῶν* 17B 8 *ἀποπίπτει* 60B 3.
 (68.) iterum de ficibus. 91A 12—14.
 (69.) si ficus alvum solventes ut crescant efficere velis. 91A 15—17. cf. X li 1.
 (70.) si ficus stomacho commodae ut crescant. efficere velis. 91A 17—19. cft X lii 2.
 (71.) ut teneat amygdala [fructus] neve defluere faciat. 91A 19—20.
 (72.) ne defluat *κρυπτο* puniceorum. 91A 20—22. *νήθ'ar* ut cap. 67. 71.

XIV.

tituli capitum hunc librum nulli praecedunt.

1. rubrica abest. 91A 22—26 B 1—21. pars capituli prior inveniri a me non potuit. sequuntur gr. XV vii 4—6.
2. ut homo alvearia tractans ab apibus ne laedatur. 91B 22—26: 92A 1—3. XV vi 1—3. *κῆωρο ἀγγεῖον* 15B 1: 76B 12 *σημῖον* 77A 4 *πάθη* 79A 11.
3. quo modo efficiendum sit ut neque alvearia neque domus neque vici neque pecora neque armentorum stabula incantationibus laedantur. 92A 3—15. XV viii.
4. de unctioe doliorum. 92A 15—26 B 1—25. cf. VI vi—viii. cetera desiderantur.

Auctorum, qui in geponicis graecis crebri nominantur, in versione syriaca rara tantum mentio fit et ea quidem, si recte memini, his locis:

Apollonii, non Apuleji:

II 5 = gr. II xviii 6 = cod. 2A 16.

II 7 = gr. II xxxvii 2 = cod. 2B 14 ubi *ὡς δὲ Ἀπολλωνίου φησι*, non ut in nostris est *ἡ δὲ αἰγυπτία φασὶ*.

II 15 = gr. I v 3 = 4A 26.

II 28 = gr. III x 7 = 7B 22 ita feret: *Ἀπολλώνιος δὲ καὶ Δημοχράτης χυλῶ φασὶ νοσηνόμενον δεῖν βοτῆσαι τὸν τῶν θέρμων χόστον ἡμέραν μίαν*. cicutam licet e Niclasii commentariis apud Plinium esse sciam, retinere ausus non sum, quum *κόνειον* reddatur vocabulo *zahārad* nescio qui cum pers. *cahār* conexo Geop.

II 29 = cod. 8B 5 Castell. ed. Michael. p. 752. cf. tamen annotat. 14 apud geponicos graecos auctor nullus laudatur, Plinius XVIII 6 hanc silvae extirpandae rationem a Democrito proditam esse vult.

VII 8 = gr. V xxxiii 2 = cod. 26A 26.

VII 8 = gr. V xxxiii 4 = 26B 3.

VII 24 = gr. XIII v 1 = 26B 14.

Democratis, non Democriti:

II 13 = gr. II xlii 3 = cod. 3B 15.

II 14 = gr. II xiv 4 = 4A 3.

II 15 = gr. I v 3 = 4A 25. cf. Plin. XVIII 26 Mullach Democriti abderitae operum fragmenta p. 153. 238. 361—362. Syrus ita legit: Δημοκράτης δὲ καὶ Ἀπολλώνιος οὕτω φασὶν χρη̄ν προσδοκᾶν εἶσεσθαι τὸν χειμῶνα ἐκ τῆς ἐορτῆς, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι βρομαλία καλοῦσιν. nihil de Dio, quod mensis nomen Macedones cum Abderitis commune habuisse conjecit Mullachius, quum illud τοῦτ' ἐστὶν ἡ τετάρτη καὶ εἰκοστὴ τοῦ Δίου μηνὸς ἦτοι Νοεμβρίου a Syro non agnitum a librario nescio quo infernum sit. Abderitane an Macedo qui constitutiones apostolicas scripsit? (vide ibi V xiv 1 et xvii 2) an qui canoem apostolicum xxxvii? theologorum scire interesset. Democrates brumalibus hiemem certo adesse significat; antea actum erat de ratione qua cognosci posset, utrum ante hoc tempus inceptura esset necne esset. multus de brumalibus est Diqlius (Diocles) ille [annot. 2], qui Romulum (Armetam vocat ut Judaei antichristum) hominem festivum et qui in aliorum laetitia sibi placeret instituisse refert, quibus cives sui commissarentur et largioribus poculis se invitarent, brumalia autem graece esse φάγωμεν [βρωῖμεν homaeice (vide temporis quo Romulus vixerit rationes habentem etymologum) vel βρώσωμεν, nam Romulo ut Romano contra leges linguae graecae peccare haud solo an licuerit] καὶ πίνωμεν τὰ τῶν ἄλλων.

II 28 = gr. III x 7 = cod. 7B 22. vide supra.

XI 2 = gr. V xliv 6 = 55A 6.

XIII 3 = gr. XV vii 6 = cod. 79A 7.

XIII 62 = 90B 3. ἀλλὰ καὶ ῥίζα ἐτέρα φεντευθεῖσα ὡς φησὶ Δημοκράτης [παρεμποδίζει φεύγειν τὰς περισσότεράς.] αἰσχροῦ etiam = πρία πρέμνον στέλεχος βοτάνη

XIV 2 = gr. XV vii 6 = cod. 91B19. Mullach l. l. p. 254. 372 etiam Athenaeus II 46F. jam a Needhamo laudatus Democrito adtribuit.

Aristotelis:

VII 21 = gr. XIII xvi 3 = cod. 28A 27.

Herodoti:

II 17 = cod. 4B 18. Aegyptum et Libyam, vehementer utramque calidam, interdum sexagena fruge fertiles esse. πυγυκ ἰηλη??

Theophill Decimi nescio: cuius (cf. Varronem de re rust. I 1 p. 91, 21 Bip.)

VII 7 = gr. I xiv 10 = cod. 26A 18. Θεόφιλος δὲ Δέκιμος ὡς φησὶ σταφυλίας πίνωκε ζωγράφησας [τις] καθυροὶ ἐν τῷ ἀρπελων δρυόσσης τῆς λυρας καὶ ἀλλαφῆς διαμένει ὁ καρπός. ἀρχεται κτλ.

Nullani:

X 3 = gr. IX 3 6 = cod. 56A 47. διὰ τοῦτο κάλλισμα ποιούσιν Ἀθηναίων πολλοί

καὶ Κιλικεὶς παῖδας ἀγνοῦς καὶ παρθένους πέμποντες σὺλλέξοντας τὴν ἐλαίαν
καὶ ἴσως διὰ τοῦτο εὐφορώταται εἶσιν. μαρτυρεῖ τούτῳ ὁ Ἰουλιανός. *estne*
Iulianus Chaldaeus, de quo Michael Psellus in editione niclasiana p. LII?

Plutarchi:

X 9 = cod. 50A 4. Πλούταρχος δὲ φησιν ἀρκεῖν ἡμῖν, ἐν ὑείᾳ κόπρος ἐπιβληθῆ
ταῖς ῥίζαις αὐτῶν ἀπαλαῖς οὖσαις κτλ.

γεωργικῶν, si quidem illi scriptis opinionem suam consignarunt:

XI 9 = IX ix 10 = cod. 60A 20.

XI 11 = IX xv 2 = 61A 14 τοῖς δὲ γεωργικοῖς καλὸν δοκεῖ (γενόμισται? Geop. 60A 20)
γῆν ἐμβάλλειν ταῖς ῥίζαις καὶ ἔπειτα κόπρον.

Vergilii:

II 14 = gr. II xiv 3 = cod. 4A 1. τινὲς δὲ περὶ τῆς ἐπιμελείας τοῦ χρόνου τοῦ
σπόρου οὕτω δεῖλον, ὡς τὰς κριθὰς ἀρχεσθαι σπεῖρειν ἀπὸ ἰσημερίας τοῦ κα
Σεπτεμβρίου. καὶ τοῦτο ὁ Οὐντίλλιος συναίνει. libri graeci Οὐντίλλιος Οὐντίλ-
λιος Οὐντίλλιος Οὐντίλλιος Οὐτίλλιος, Needhamus et Nicolas Κυντίλλιος. syriacum
Ἡὲ Septembrem esse volui, ne longus fierem: chronologi exputent. vide Vergil.
georg, I 219 — 230 et Plinium XVIII 56: Vergilius. . . seri jubet hordeum inter
aequinoctium auctumni et brumam. viderint viri docti, quo tempore Vergilius per
E scribi desitus sit: nam quum I in graecis constans haereat, haud scio an sae-
culum inde investigari queat, quo haec graeco edita sint. Syrus *دربارها*.

Iam vero transactis meis partibus ad indicanda alia quaedam me convertito, quae,
dam videntur cum geoponicis connexa esse, ad liquidam perduci a me nequeunt. namque
in literis arabicis, quum rationes meae, qui in theologiae et philologiae confinio habitare
constituissem, id tantum ferrent, ut poetis antiquissimis et christianorum auctorum versio-
nibus operam darem, neque de historicis neque de physicis libris legendis unquam cogi-
tavi, ita ut nunc vix quaerere audeam, sed scisciter ex aliis de his rebus quid recte dicatur.

Nabataeos accepimus¹¹⁾ agrorum colendorum cum primis peritos fuisse et librum
nescio quem de agricolatione nabataea inscriptum a Juda Levita, Mose Maimonide aliisque
auctoribus hebraeis laudari, eundem arabice versum in quibusdam Europae bibliothecis
servari scimus si non integrum, certe ab aliis excerptum. et quum locos a Judaeis illis
in usum suum conversos, quotquot ante hos decem fere annos in tabulas meas raderam,
(denuo enim de his nunc quaerere tempus non suppetebat) nuper iterum inspicerem, suspicio
apud me orta est, opus illud nabataeum nihil esse aliud quam geoponica nostra, sed integrora
necum faecibus illis magicis purgata, quarum vel in ipsis nostris rusticis vel in eorum
qui ediderunt commentariis vel in codicibus graecis aliquantum ad nostram usque memo-
riam resedit. simile quid etiam Niclasio in mentem venisse nunc video (antea enim edi-
tione needhamiana utebar) praefat. p. xix. Stephanum vero Quatremère, dum haec scribo,
invenio Ibn-Chaldunis, luculentissimi auctoris arabici, locum adduxisse in ea qua de Naba-
taeis data opera agit commentatione (diario asiatico parisiensi anni 1835), quo in suspi-
cione illa mea mirifice confirmor. ita enim ille Ibn-Chaldunes (l. I. p. 237): Parmi les
livres des Grecs. . . on traduisit le traité d'agriculture nabatéenne, attribué aux plus savaux

d'entre les Nabatéens et contenant sur l'article de la magie des détails qui [238] annonçaient des connaissances profondes; mais des hommes religieux ayant examiné ce livre, et regardant comme inutile et illicite tout ce qui concernait le chapitre des enchantements, se bornèrent à transcrire ce qui avait trait aux végétaux, à leur plantation, à leur culture, et supprimèrent le reste. Ce fut en suivant cette méthode qu'Ebn Awam publia un extrait de l'Agriculture nabatéenne. La partie qui traitait des sciences occultes, resta complètement négligée, jusqu'à ce que Moslemah, dans ses ouvrages sur la magie, en transcrivit les questions les plus importantes.

Conquirat igitur, si res tanti videatur, Judaeorum unus alterve, qui tamen artes ingenuas fideliter didicerit, quaecumque apud populares suos operis illius nabataei fragmenta exstant, in geoponicis graecis ut facile quae concinerint indagare possit vocabulorum et rerum narratarum indiculis a Niclasio confectis provisum est. si graece non invenerit (namque haud pauca ab editionibus nostris absunt, velut caput de grandine avertenda agens Maimon, doct. perplex. III 37 p. 446 Buxt. Geop. I 14), ad versionem syriacam et me ipsum ei confugiendum erit. quum autem codex meus syriacus mutilus sit, vereor ne interdum qui haec investiganda sumpserit ad libros arabicos se recipere debeat. equidem magnopere cavebo, ne de his audacius aliquid pronunciem, quum et de Sabaeorum religione a juvene doctissimo nunc quaeratur, qui facere non poterit, quin ad hos Maimonidis locos animam advertat de cultu deis a Sabaeis exhibitio et de agri cultura sabaea simul agentes, et ipse persuasissimum habeam, de fragmentis auctoris perditii neminem agere debere nisi qui omnes libros excusserit, quibus illius aliquid possit delitescere.

Verum hoc loco consistendum mihi esse video, quum eos qui civium meorum lege commentationi huicce fines scripti sunt jam attigerim. equidem quum mense Majo interrogar, paratane haberem an possem parare quae mense Septembri eis quae de schola nostra narranda forent praefaturus ederem, haud gravatus paraturum me esse respondi, non quod hanc, quam de geoponicon versione syriaca narrationem conscribere apud animum tum constituissem, magni facerem (de qua non possum non modestissime sentire, quum ne has rusticas quidem quisquillas ea confectum iri sciam, villicis illas, nisi essent quaedam majores rei rationes, relinquendas), sed quod occasionem oblatam esse videbam de eis quae penes me servarem ἀνεκδότοις exponendi cupiebamque haec viris doctis ita probare, ut literarum commodo edi flagitarent. experior igitur, num quem adducere possim ut studiis hisce faveat et patrocinetur. si cui vero pro scriptionis publica auctoritate emittendae dignitate parum limate disputavisse visus fuero, quaeso, ne meae voluntati potius meoque studio quam amplitudini rerum tractandarum, temporis quo haec conscribenda fuerunt brevitati, spatii denique permissi angustiis id tribuendum putet. atque ita haec virorum doctorum et fidei et studio commissa sunt.

Annotatio I.

De philosophia Syrorum peripatetica nuper docte egit E. Renan trecorensis (Paris. 1852), cujus ad librum quae addenda habeo haec sunt, casu illa oblata, quum alia quaererem:

Probi (Renan p. 14. 15) quaedam exstant cod. mus. brit. 12154 f. 237 A.
de Sergio „architecto“ quae refert Barhebraeus (Renan p. 24) e Zachariae historia ecclesiastica haussit IX 19, docente codice mus. brit. 12154 f. 151 B.

Georgium episcopum Arabum erant multi qui adamaturi sint, hominem maxime et acutum et circumspectum. ejus libellos quosdam, compositos anno Graecorum 1026 et 1028, vide in codice m. brit 12154 f. 222 A — 280 A, ubi dicitur fuisse episcopus *da Tēnābālojo wadēōōlojo wadēōōlojo*. in anecdotis meis syriacis editurus sum hujus Georgii responsa ad novem quaestiones a presbytero Jesu eremita (Curet. Athanas. p. xxviii not.) propositas. Renan p. 32.

Johannis Philoponi quaedam habentur cod. mna. brit. 14582 f. 159 B — 170 A.

Annotation 2.

Adeundus E. Renan lettre à Mr. Reinaud sur quelques manuscrits syriaques de musée britannique (extrait no. 3 de l'année 1852 du Journal Asiatique). praeter ea quae Renanus invenit, *μικροῖον Θήραμα* se mihi obtulerunt codice syriaco musei britannici 17209:

Lucii liber: nobis non audiendos esse qui amicos nostros reprehendant. fol. 15 B — 23 B.

Themistii de virtute f. 23 B — 38 B.

de amore f. 39 A — 47 B: non transscripti.

Plutarchi de ira = *νεπὶ ἀργυρίας* f. 8 A — 15 B.

de exercitatione*) fol. 1 A — 8 A. videtur hic liber, quem et in editionibus Plutarchi et in Lampriae catalogo frustra quaesivi, plane incognitus esse. nolim certi aliquid affirmare, quoniam non ita in Plutarcho habitem, ut quae syriace hic habentur nullo apud illum loco graeco extare dicere possim. indices xylandrianum et reiskianum (aliis enim uti non licebat) consulendū labor irritus fuit. prima codicis folia non manserunt, narranter varia de philosopho quodam apud Cleopatram Aegypti reginam degente; de adamante; de Protogene pictore; de Socratis illo, neminem jure a deo fruges terrae exoptulare, nisi qui terram sedulo subegisset**); de Protogora monente, eruditionem***) non florere in animo, nisi quis in profundum descendisset; de Demosthene naturam, quo minus ipse orator magnus feret, summo opere refragatam vincente; de Demade (codex male Demare); de Zephyro vel Zopyro(?) argumentis o vultu philosophi castissimi petitis Socratem voluptarium vocante; de Aristophane; de Platone; de Biantis illo, exercitatione omnibus vires addi; de Theophrasto dicere solito, hominem nulla re saepius quam tempore defici: „nam quum tempus in tres partes divisum sit, ea quae praeteriit non revertitur, ea quae futura instat incerta est neque quid ferat scitur, pars vero praesens dici non potest quibus casibus non turbetur“; †) de viro quodam Libyae incolā haud ita pridem, quum annum nonagesimum quartum aegeret, mortuo, qui exercitationis nunquam intermissae beneficio vel in summa senectute adeo corpore valuisset, ut a mane usque ad vespertam stans aut hastam vibraret aut clypeum gestaret; de Aspasia Cyri minoris pellice; de athletis duobus; nihil omnino sine labore mortalibus evenire... „sed vos, qui Romani estis, quo vobis modo terram subjecistis? quae fecistis et quibus in rebus versati estis? nonne fame et siti fatigati, nonne vigilias perpassi estis? nonne excubias egistis?... his rebus, o juvenes, perpensis voluptati valedicite..... aerumnas in eo quod difficiles ad tolerandum sunt non exerceatis, aduētis faciles, plane tantum similes videmus esse: nam sicut canes mordent si quos non noverunt, familiares vero adulantur††), ita etiam labores dolore afficiunt eos qui non exerciti sunt, prosunt iis qui vires periclitati fuerunt. ac praeterea vita mollis aerumnae et detrimenta gigni solet, aerumnae vero in causa sunt, ut ejus qui constanter perpassus fuerit vita tandem tranquilla et jucunda evadat. quum enim Philippus belli cujusdam admodum turbulenti victor fuisset, se ipsum prout tanta victoria exigebat, gaudio et poculis dedit. legati vero quum forte supervenissent et ante palatium regem adituri deambulant, contigit, ut rex vino vesperis sumpto oppressus de die in lectulo jaceret. expergefactus igitur ab Antipatro et correptus quod legatis praestolantibus dormiret, ne mireto, respondit, quod illis multo mane e somno experrectis equidem dormio; quum enim illi dormirent, ego experrectus vigilavi. cui comparandum est quod de Nicomacho referendum habeo. qui Nicomachus pictor quum esset, Antipatrum Macedonum regem pingendam suscepit, cujus operis intra quadraginta dies absoluti mercedem talenta multa exegit et quum ei a rege postulatione iniqua exprobraretur, imagine intra paucos dies perfecta, ille; non intra quadraginta dies, inquit, o rex, absolvi, sed intra tempus totidem annorum spatio majus: eam enim ob rationem tam diu discipulus artem didici, ut aliquando sine opera et molestia pingere possem, quoties vellem. jucunda vero quies post aerumnas, jucunda post bellum pax, juvat coelareserentem post nebulas et bona valetudo post adversam. somnus quam suavis post excubias! cibus potusque esurientibus et sitientibus! itaque etiam quies grata post aerumnas. ac difficultates omnes experientia mollescunt, rerum verum secundarum jucunditas sapientiae destructur†††). sin incommodis bene factum aliquid careret, laudibus opus non esset generosus in incommodorum solutium manentibus“. de ultimis hisce vertendis mihi non constat.

*) *cal duro* cf. pesch. Timoth. I iv 8.

**) syr. *taxā*, quod vocabulum apud Castellum p. 967 Mich. sine exemplo positum est.

***) graece fuerit *maidēlav* = *maidutho* vers. syr. Eph. vi 4. eadem vox = *παίδευμα* Euseb. theophan. V 7.

†) *ovtōvulcas*? syr. *salhez* Castell. p. 256 eodem modo cum *salha* cognatum e *salala* orto, quo syr. *palhad* Athanas. p. LW 27 ed. Cur. cum ar. *falada*.

††) syr. ~~misarhista~~ Castell. p. 323 sine exemplo positum. cf. arab. *Harharis* Freytag lex. 1 370 B.

†††) *metabismo* obturatur. *isloimo* capistrum cf. hebr. psalm. 32, 9 quo loco C. Lachmanni emendatio in novum testamentum nondum recepta Jacob. 3, 1 resistentis *μη πολλοι δυσκολοι* (nunc legitur *μη πολλοι διδασκαλοι*) omni dubitatione eximitur. cf. Jacob. 3, 3.

dialogum Erostrophum cod. mus. brit. 14658 f. 146 A — 151 B attingit jam Renanus l. I. p. 9. nomen Erostrphi apud Graecos inauditum, dictum a vocabula poetico *ὁ Ἴρος*: cf. *ἀνιμόστροφος*. dialogus procul dubio digna est, quae in philosophorum nostrorum platonicoorum commodum edatur. insunt quaedam, quae religionis vel iudaicae vel christianae notitiam sapere videantur, velut locus ille f. 147 C quem graece fuisse credas: *τοπος καλὸς ἀναπαύσεως, ὃν οἱ τε ὀφθαλμοὶ εἶδον αἴτε αἴτα ἤκουσεν οὐτε στόμα ἐλάλησε* coll. Esaj. 64, 4 Corinth. I ii 9 ἢ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἢ ἠετοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶν αὐτόν. Socrates rogatur a juvene, ut qualis sit animae natura enarret, verum ita, ut non aliorum philosophorum, sed sua ipsius placita referat. Erostrphus „oro te, ait, ut dicas mihi de anima (quoniam hoc mihi videtur opus magnum ac primum esse et de quo quaerere unumquemque deceat), qualis sit: deinde sciscitor ex te, quae leges sint aeternae quibus subjecta sit; estae ei tempus constitutum, quo fabricam hanc corporis oculis subjectam suscitatura est? an corpore dissoluto ipsa quoque diffuit? an illo dilapsa ipsa perstat, ut in alio corpore denuo appareat? an una cum corpore extinguitur quidem, sed ultimo tempore ea eadem radice in eisdem corporis compagibus conspicienda renascitur?“ queritur deinde de medicis „corpus et animam miscentibus“. Socrates (is enim fere solus loquitur) multus est de *δυνάμει* omnium prima, de quatuor elementis, unde corpus compositum esse ait. comparat animam soli, cujus sensum vis et crescat et decrescat. eodem negotio*) animam corporis primum tenerim incolam parvam esse et debilem, corpore adulto vi maxima gaudere, tandem demigrandi tempore propius accedente ad pristinam debilitatem relabi, ut iter modo peracti simile aliud exordiat. Erostrphus eis quae Socrates exposuerit valde gavisus fuisse dicitur. Socratis enim sermonem et cogitationem (sunt haec in Syro meo) fontium duorum similes fuisse aqua nunquam carentium et fecunditatem frugum fructuumque facientium.

*) syr. anno Athanas. YG 26 K 6 MA 12 MD 9 ed. Cureton *ἐπιπέδουμα*.

Isocratis *εἰς Δημόκλον* cod. mus. brit. 14658 f. 151 B — 157 A Renan l. I. p. 10.

historica aut quae viderentur historica esse ad res Romanorum et Graecorum spectantia inveniuntur vitam Alexandri magni, qui Nectanebi filius esse perhibetur ut apud Callisthenem cod. mus. brit. 12154 f. 153 B — 155 A.

eandem oratione ligata comprehensam auctore „sancto Jacobo“ [bathnensi] cod. 14624 f. 20 C — 34 A editam e codice parisiensi opera G. Knoessii (chrestom. syr. 1807). codex britannicus teste G. Curetone saeculi noni; si me ipsum fallit memoria, ab eodem librario exaratus, qui saeculo ex Renaudotii sententia decimo priorem codicis sangermanensis syriaci XXXVIII partem scripsit (didascal. epistol. Lipsiae 1854 editam).

descriptionem urbis Romae sumptam e Zachariae historia ecclesiastica X 16 cod. 12154 f. 158 AB. hujus Zachariae, Eusebii caesareaensis et Irenaei opera historica nunquam laudata inveniuntur, nisi additis librorum et capitum numeris.

historium Dioclis sapientis. cod. 12152 f. 164 C. seqq. codex Dionysii areopagitae est, scriptus anno 837 p. Chr. n. ubi דיקליוס habetur, unde Dioclem jure meo mihi restituisse videor. quae narrantur *πλασματώδηστα* sunt, ut in Dioclem peparethium apprime quadrent cf. Plutarch. Romul. 8. fragm. historicorum graecorum ed. C. Mueller 1851 III p. 74—79. hinc excerpta haesit apud Bar-Bahlulum explicatio vocis *benebe* = *Bevebe* Castell. p. 106 ed. Mich. quae de tribus Agenoris filiis et de Hercule muricis inventore habentur eisdem fere verbis invenias apud Johannem antiochenum fragm. 15 et 16 Mueller l. I. IV p. 644: quae de ludis a Romano institutis referuntur apud eundem fragm. 31 p. 552 collatis Johanne Malala, Cedreno et chronico paschali locis a C. Muellero indicatis.

Annotatio 3.

Præter Melitonem omnium fere antiquissimum, cujus apologiam nuperrime Curetonis cura nondum cum viris doctis communicatas repetens edidit E. Renan (Pitra spicileg. solesmense tom. II) duo ibi verba hoc loco emendare placet: p. 9 lin. 6 pro *Harisro* reponendum mihi videtur *nahiro* cf. Castell. ed. Michæl. 646 Bérdesan. ed. Cureton p. 15, 6 = Euseb. praepar. evang. VI 10 *rollimay nahiro* = *nahiro* = *γηνώσκω*. *penham machir* venatio Firdousi Suhrab ed. Atkinson p. 155 lin. 6 armen. *nakhir* idem, hinc נחשירן venator Ephraem Syrus l 153 P et נחשירן targum. Genes. 25, 27 Buxtorf lex. 1330. *Zano* synagogale poesie des mittelalters p. 373. Melitonis loco laudato *wanasa aper* = *para. wanda* v. librum zur urgeschichte der Armenier p. 28 lin. 748. expellendus igitur Melitonis apologia Cinyras, deinde simili modo erratum est p. 9 lin. 8 ubi loco *leNax* lege *leNasay* = *Nanseaem* desm Castell. ed. Mich. p. 531. codicem neutro loco inspexi, sed quam Yûd et Nûn saepissime vix discerni posse itemque Chêt litteram a Yûd Nûn et Nûn Yûd haud raro satis prope abesse experientia doctus essem, facile erat emendare. cf. *daboy* et *Heioq* zur urgeschichte der Armenier 999 et 1000. cavendum praeterea, ne quis Meliton. p. 8 27 „Cytherum“ cum Renano inveniat: Tav aramaicum est pro Schta seriarum et *Kaxtar* syriacus idem qui

Καυτερ Arabum: cf. *Katray* idoli nomen Freytag lex. arab. IV 12B et hebr. *Καϊράδ* prosperitas. forma est quadrilittera inserto Vav.

Annotation 4.

Origenem ego semel tantum in codice vetustiore laudatum inveni: cod. mus. britt. add 12154 fol. 33 B, quum Dionysii, Petri, Alexandri alexandrinorum fragmenta frequentiora sint:

Dionysii ex epistolis datis

ad Stephanum romanum cod. 12156 f. 3B. de codice hoc 12156 v. Cureton corp. ignat. p. 352

Pitra spicileg. solesmense I p. vii.

ad eundem de baptismo cod. 14532 f. 212D.

ad Paulum asmosatenum cod. 12154 f. 8A 13B.

ad Xystum romanum cod. 12151 f. 5AB.

Petri e libro quem de numine divino edidit, cf. Cave hist. liter. 1740 tom. I p. 160A: cod. 12156 f. 1F. indidem cod. 12154 f. 8B.

indidem cod. 14532 folio numeris non distincto.

e libro: animam neque corpore antiquiorem esse neque ante corpus conditum peccavisse (Pitra spicileg. I p. 283) cod. 14532 f. 210B.

libri unde sumptum sit titulo non indicato cod. 12156 f. 93B.

Alexandri e tomo epistolarum encyclicarum de vera fide [contra Arium] ad deum amantes episcopos *ἐν παντί τότῳ* [I. Cor. I, 2] scriptarum Cave hist. lit. I p. 174A: cod. 12156 f. 70EF 71A.

e libro quem de incarnatione composuit cod. 12156 f. 77F 78A.

ex oratione cuius exordium „Audite verba veritatis“ cod. 12154 f. 13B 14A.

ex „interpretatione“ [turqomo] nona festali, si liceat id vocabuli cadere cod. 14532 f. 110D.

libri unde pelitum sit nomine non indicato cod. 12156 f. 5E.

Gregorii thaumatargi, quem Origenis discipulum et laudatorem fuisse scimus, occurrerunt mihi haec:

ἡ κατὰ μέρος πίστις cod. 14597 f. 105D — 114D Cave I p. 133A.

eiusdem libri fragmenta laudantur cod. 12154 f. 9A: 14532 f. 11A 41B 59C 91B.

λόγος πρὸς Φιλάγγιον περὶ ὁμοουσίας cod. 14597 f. 114D — 117C.

λόγος πρὸς Θεοπομπὸν εἰ ἀπάθῃτων τὸ θείον ἢ παθῃτόν. disertis verbis adscriptus Gregorio Neocaesarene ponticae episcopo in codice ante annum 562 scripto. cod. 12156 f. 122D — 129E.

ἀποστασμάτια habeatur librorum quos scripsisse perhibetur de resurrectione cod. 12156 f. 2AB (non Gregorii nysseai).

de fide v. a. ibid. f. 2C.

de incarnatione et fide ibid. f. 2C (anathem. XII).

anathema XII adjuncta expositione cod. 14629 f. 12AB: 14532 f. 36C.

ad Gajatum cod. 14532 f. 72D.

Methodii autem „episcopi Laodicensis“, ut fragmento tertio vocatur, pauca:

e libro III quem de resurrectione contra Origenem edidit cod. 12156 f. 70B.

eiusdem libri videntur esse quae exstant cod. 14532 f. 46B.

e libro de resurrectione contra Origenem scripto, qui liber vocatur „Aglaophontes“ (cf. Cave I p. 152A) cod. 14532 f. 210B.

e libro de illo quod apud Johannam evangelistam exstat: *ἐργύσαθε ἕως ἡμέρας ἐστίν* (Joh. 9, 4 sic: codex saeculo sexto medio scriptus) cod. 12156 f. 70B.

e libro quem rogatus scripsit de virginitate et puritate, ubi de Theodoti sermo est cod. 14532 f. 73D 74A.

Annotation 5.

Clementinarum nescio utrum dicam recognitionum an homiliarum codex est 12150 musei britannici syriacus fol. 1D.—71F (cf. cod. 18400 saec. X) scriptus anno 411 p. Chr. n. (v. Cureton the festal letters of Athanasius p. xvi—xx), cuius ideo tantum hoc loco mentionem facio, ut G. Curetonem hortor ut quanta maxima possit celeritate edat librum identidem promissum. nova autem haud pauca habet velut fol. 68B — F 69A coll. recogn. VII 38. honestum non erat librum a Curetone, viro de litteris syriacis unice merito, sibi reservatum accuratius inspicere, licet me desiderio vix temperare potuisse fatess editiones Clementis graecae, dresseliana non excepta, dici vix potest quam mendosae sint, licet interdum lituris paucis medela afferri potuisse videatur, velut III 6 p. 80, 14 Dressel *ἴσως δὲ τῆς εὐσεβείας ὑπερβολὴ καὶ τῆς ἰκεσίας ἢ καὶ τοῦ κολασθῆναι ἀπολυθῆσεται* scribe *ἴσως δὲ, εἰ τῆς εὐσ. ὑ. κ. τ. ἰκεσίας ἢ, καὶ τοῦ κολασθ. ἀπολυθῆσεται.* III 26 p. 91, 11 *πενθεὶν τοῖς αὐτοῦ νόοις παρέχει τοὺς ἑξαπατωμένους ἀδελφούς αὐτῶν. ἀφεννοτεῖ αὐτοῖς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὴν παράλληλῃν ὑποσχόμενος* scribe *αὐτῶν, ἀφεννοτεῖ.* III 41 p. 101, 5 *Ἐπεὶ μὴ δόξω, ἀντιλέγων σου τῇ ἀταξίᾳ, μὴ θέλειν ἵστικεῖν* ne propterea quod contradico et refragor tibi sine ordine rem tractaturo, videar omnino responsonem effugere velle. IV 18 p. 329, 17

trimeter jambicus agnoscendus erat *ἐν οἷς γὰρ ἑκαστος ἐκ παίδων ἰδύσεται*

ποῖτοῖς [ἀντὶς ἢ?] ἰμμένειν ἤδεται.

V 11 p. 141, 7 (*ὁ Ζεὺς*) *ὑπ' ἐλῶν μὲν σοφῶν ἐνεργέτης πρὸς τεκνοποιῶν, ἐνλοτε τὴν αὐτοῦ μέγαν ἀνθρώπων δωρούμενος. παρ' οἷς δὲ ἐπὶ τῇ χάριτι ἠπίστατο, ἀγροοῦμενος μετεμορφῶτο τὴν ἰδίαν* scribe *ἢ ἐλῶν μὲν σοφῶν ἐνεργέτης πρὸς τεκνοποιῶν ἡμῖν ἐπιτα, τὴν αὐτοῦ μ. ἀ. δωρούμενος, παρ' οἷς δὲ ἐπὶ τῇ χάριτι ἠπίστατο ἀγροοῦμενος* (mallem ἀγροοῦσάμενος vel ἀγροθησάμενος), μετέμ. τ. ἰδ. ubi χάρις de σοῖτα. e et ai ia libris senioribus non distinguuntur. XII 1 p. 255, 7 *μητε φθόνῳ τῷ τῆς κικίας ὑποπέσωμα* scribe *τῷ = τινι.* XII 26 p. 274, 7 *οὐχ ὅτι ἀνθρώπος* scribe *ὁ τις ἀνθρώπος* aristotelico genere loquendi coll. XII 25 p. 273.

9 τοῦ τῶς αἰτίου, at vero etiam μαθητῶν. nam quum pro Matidia nostra Syrus Metrodorom nomet „libro xiv“ fol. 69 D, Letronnum vero docuisse sciam, nomina propria graeca, quorum pars prior sit μήτηρ i. e. mater magna Cybele, usu non venire nisi in Asiae minoris parte ea quae Phrygiae et Lydiae confinis est, videant viri docti, habeant libri notissimi hujus editio a Syro expressa Bithyniam patriam, ubi inde ab initiis religionis nostrae christianos multos fuisse constat. — Clementis romani quae cod. mus. brit. 12156 fol. 69 DE habentur vide apud Caretonem corp. ignat. p. 212. 354: ex epistola quam Clemens alteram ad Corinthios dedisse fertur laudantur non nulla cod. mus. brit. 14532 f. 209 C.

Annotatio 6.

Xysti sententias, de quibus apud theologos paene siletur, habebamus latinas, a Rufino versas, sed neququam omnes. philologi de Sexto vel Sextio quodam philosopho stoico cogitaverunt. optime edidit U. G. Siber Lipsiae 1725 librum, Sixti II enchiridion appellatum. Xysti atheniensis (is enim est Sixtus II) vita exstat graece cod. paris. 1470 (qui scriptus est A. D. 890) fol. 178 D τὸ μαρτύριον ἀγίου Ἑῤῥοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ Λαυρεντίου ἀρχidiaκόνου: latine cod. mus. brit. 11880 (qui exaratus est ut Pertizius mihi coram narravit saeculo nono) fol. 21A — 24A: gallice cod. mus. brit. 6524 fol. 106 C ci comence la vie seint Sixte. eandem in „actis martyrum sub Decio“ inveniet ni fallor, cui hujus libri rarissimi inspiciendi copia est. sententias vero Xysti syriace versas descripsi e codicibus musei britannici diligenter inter se collatis hisce: 12160 f. 167 D — 184 D saeculi octavi. 12166 saeculi vel sexti vel septimi. 12167 f. 21 D — 42 A anni 876 p. Chr. n. 12169 f. 179 A — 190 D circa annum 550 scripto. 14577 f. 39. seqq. saeculi vel octavi vel noni. 14583 f. 147 seqq. saeculi vel XI vel XII. 14616 f. 85 seqq. saeculi vel VI vel VII.

de aliis prorsus ni fallor incognitis e codice vetustissimo quodam latino hauriendis alio loco acturus sum.

Annotatio 7.

Cod. mus. brit. 12154 f. 28 A B 29 A B 31 A „verba selecta e libro sancti Hippolyti, expositione Danielis prophetae, quae secundum sensum tantum afferuntur“.

hujus Hippolyti quot fragmenta mihi relinquenda fuerint nescio: inveni in codicibus musei britannici syriacis vetustissimis haecce:

cod. 12156 f. 70 A fragm. tria ex expositione cantici canticorum desumpta.

12154 f. 31 A B 32 A B 33 A B scholion de differentia psalmodum.

12154 f. 249 A laudante Georgio Arabum episcopo.

12154 f. 292 B ex expositione Danielis petita.

14532 f. 209 D 210 A B e libro de resurrectione ad Nammaeam reginam scripto fragmenta duo.

7197 rich. (Eliae nisibeni est opus chronographicum) fol. 91 B de canone paschali Hippolyti.

quae armenice exstant hippolytea, quae sunt erga me benevolentia, dono mihi dederunt, quum novam fragmentorum hippolyteorum collectionem pararem, monachi congregationis mechitharisticae apud Venetos, foliis maximis 25 comprehensa. de Hippolyti status illa romana adeant theologi R. Rochettium in libro: histoire littéraire de la France Paris 1842 tom. xx notes p. 2.

Annotatio 8.

Opera Jo. Alex. Brassicae Basileae anno 1539: opera Petri Needhami Cantabrigiae anno 1704: cura Jo. Nicolai Niclas Lipsiae anno 1781.

Annotatio 9.

Προσκούρις çarçuro Castell. ed. Michael. p. 765. çîçoro ibid. p. 748. dictum est pro çarçoro sicuti çîçolo respondet hebr. çêlâçâl cf. Zunz synagog. poësie p. 367. hoc vocabulum çarçoro, apud Syros orientales çarçârâ pronunciatum (cf. arab. çarçar gryllus, blatta orientalis Freytag II. 493 A) italicum sansara est, quod Diez etymol. W. B. der roman. spr. p. 376 aliter explicat. cujus libro (p. 300 s. g. saggio, essay) addi haud pauca potuissent e Niclasii disputatione de voce ἑῤῥῶν edita ad Geopob. II xxxii p. 172 et 173.

Annotatio 10.

Voce samiro vertitur çîçîç Castell. ed. Michaelis p. 657 Bardesanes ed. Londin. p. 7, 31 Geop. XIII 49 f. 87 B. de Iakârâno dubitaveris: ἰσακάρηος Geop. Syr. XIII 42 f. 86 A 20 [cf. 68 B 9 Syr. XII 7]: contra apud Arabes et Persas Freytagius refert Iaukarân vel Iakikaran cicutam dioi lex. arab. II 442 B i. e. κάριον ut apud Niclasium legitur. destituit me Michaelis Resteni ars medica armenice anno 1832 Venet. edita II p. 237: quae eadem satis copiosa est II p. 298 de cicuta, quam arabice ἰῤῥῆραν ἰῤῥῆ-ram, persice cîçîç dici auctor est. (armenicam orthographiam veterem sequor) È. Cîçkciak in libro Iamarôt barâran Yitalakanê i Hay ev i Tajik apud Venetos a. 1829 edito nunc ab Armenis hyoscyamum ἰῤῥῆ-ram cicutam ἰῤῥῆραν appellari retulit. decidunt alii. vocabulum persicum esse videatur ut tot alia apud Syros sibi collecta velut ipsam Iono arbor v. librum zur urgeschichte der Armenier anno 1853 editam p. 24, 638 literis liquidis permutatis e vocabulo bactrico urvara ortum: sauko ramus ind. çâkkâ, zur urgesch. p. 23, 592. akhâ ira dolor (unde akhâton Didasc. p. 11, 28) bactr. akhtu arm. akt ibid. p. 34, 953.

Annotatio II.

Prae ceteris adenda est St. Quatremierii commentatio: *Journal Asiatique de Paris* 1835. praeterea Casirii bibliotheca arabico-hispana escurialensis tom. I Matriti 1760 p. 323: „CMI Codex absque anni nota exaratus, foliis constans 426 . . . , ibi opus de re rustica in duas partes divisum et XXXIV capitibus comprehensum, auctore Abū Zakarya Yahya ibn Muhammad ibn Ahmad ibn al-Awām hispalensi . . . qui sexto Egirae saeculo floruisse videtur. Hujus autem codicis pars prior exstat in regia bibliotheca parisiensi inter codices arabicos mss. num. CMXII sicut in bibliotheca lugduno-batava”. de codice lugdunensi nihil habeo quod addam, nam quum Dozyi catalogum codicum arabicorum lugdunensium mihi in bibliotheca regia berolinensi monstrari jussissem, hunc librum occupatum esse rescriptum est a nescio quo, addit Casirius p. 332: „caput hoc: [XIX] perinde ac XVII a nobis simulque ab erudito viro D. Petro Rodriguez Campomanes in Hispanum sermonem sunt conversa: quae cum notis et indice nominum auctorum aliarumque rerum arabico-hispano sub auspiciis exmi D. Josephi de Carvajal et Lancaster prodire anno 1751 Matriti . . . et appendicis titulo ac loco accessere ad opus etiam hispano translatum cujus inscriptio: *Tratado del cultivo de las tierras segun los principios de Mr. Tull, Inglés. compuesto en Francés por Mr. Duhamel de Monceau etc. ibidem eodemque anno typis Josephi de Orga excusum in 4.* jam vero audi Quatremieriam l. I. p. 237: „Le volumineux traité d'agriculture composé en arabe par Ebn-Awām, et publié à Madrid avec une traduction espagnole, est en grande partie un extrait de l'*Agriculture nabatéenne.*” librum hispanicum nunquam vidi, qui ni fallor in germanicum etiam sermonem versus est: puerulum enim me inter avi libros tale quid invenire memini, adi etiam Nicollium catalog. cod. manuscr. orient. bodley. oxou. II p. 685 s. v. Ahmed ben Ali, vulgo Ibn Vahshia Ssufta Chaldaeus Abubekr: Hamakerum in H. Weyersii libro: specimen criticum exhibens locos Ibn Khacanis de Ibn Zeiduno, Lugduni Batavorum anno 1831 edito p. 101 et auctores a Nicollio et Hamakero laudatos. Larsov de dialectorum linguae syriacae reliquiis p. 12. dum in eo sum ut haec typhotetae tradam, afferatur Ernesti Renani liber: *histoire générale et système comparé des langues sémitiques Paris* 1855 ubi vide p. 224 — 239. vellem homo doctissimus suis oculis codicem arabicum parisiensem *alfaldhatu 'nabat'iy-yatu* inscriptum inspicere quam aliorum de eo sententias referre maluisset: mihi cui non contigit esse tam felici, ut in bibliotheca illa maxima habitarem, nihil superest, quam ut Renanum et omnes qui Latetinae litteris orientalibus operam dant moneam ut libro illo arabico et geponicis graecis inter se collatis videant, utrum opus illud *πολυθρήτων nabataeum* jure e graeco sermone versum esse auguratus fuerim necne.

ká mē açi cīða?

Aus dem herbstprogramme der luisenstädtischen realschule zu Berlin besonders abgedruckt.

Druck von J. Petzsch in Berlin.









3 2044 085 078 541

